Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



292

BREVIS

non introierunt propter uporem meridi
ianum. Iuum finiat diem quando
hodie in dauid dicendo post tanti
tempus sicut supra scriptum est. hodie si
uoce eius audieritis nolite obdura
re corda uestra. quemadmodum in illa ex a
cerbatione. Nam si eis ihesus requiem
prestasset. nunquam de alia loqueretur
post hac die. Itaque relinquitur
sabbatismus populo dei. Qui enim in
gressus est in requiem dei. etiam ipse re
quiescit ab operibus suis. sicut a deo a sui
is festinemus ergo ingredi in illam
requiem. ut ne in idipsum quis incidat
incredulitatis exemplum. Viuus est
enim sermo dei et efficax. et penetrabilior
omni gladio ancipiti. et pertingens
usque ad diuisionem anime ac spiritus. compa
gium quoque ac medullarum. et discretor
cogitationum et intentionum cordis. et
non est illa creatura inuisibilis in con
spectu eius. Omnia autem nuda et a
perta sunt oculis eius. ad quem nobis
sermo. Habentes igitur pontificem magnum
qui penetrauit celos ihesum filium
dei. teneamus confessionem spei nre.
Non enim habemus pontificem qui non
possit compati infirmitatibus nris. tem
tatum autem pro omnia. pro similitudine
absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia
ad thronum gratie. ut misericordiam con
sequamur et gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

Omnis pontifex namque. .v.
ex hominibus assumptus. pro
hominibus constituitur in his
que sunt ad deum. ut offerat dona et
sacrificia pro peccatis. qui condolere
possit his qui ignorant et errant.
quia et ipse circumdatus est infirmitate.
Et propterea debet quemadmodum pro plebe
ita et pro semetipso offerre pro peccatis. Nec
quisquam sumit sibi honorem. sed qui
uocatur a deo tamquam aaron. Sic et
ipse non semetipsum clarificauit ut
pontifex fieret. sed qui locutus est
ad eum filius meus es tu. ego hodie
genui te. quemadmodum et in alio loco
dicit. Tu es sacerdos in eternum. secun
dum ordinem melchisedech. Qui in diebus
carnis sue preces supplicationesque ad
eum qui possit illum a morte saluum
facere cum clamore ualido et lacrimis
offerens. exauditus est pro sua reuoca
tione. Et quidem cum esset filius dei. di
dicit ex his que passus est obedienti
am. et consummatus factus est omnibus ob
temperantibus sibi causa salutis eterne.
appellatus a deo pontifex iuxta ordi
nem melchisedech. de quo nobis grandis
sermo. et interpretabilis ad dicendum.
quoniam imbecilles facti estis ad audiendum.
Et enim cum debeatis magistri esse propter tempus.
rursum indigetis ut uos doceamini
que sunt elementa exordii eloquiorum dei. et
facti estis quibus lacte opus sit non solido
cibo. Omnis enim qui lactis est participes.
expers est sermonis iustitie. Paruulus
enim est. Perfectorum autem est solidus cibus.
eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos
habent sensus ad discretio

nem boni ac mali. .vi.
Ea propter intermittentes ini
tiationis xpi sermonem. ad per
fectionem feramur. non rursum iacien
tes fundamentum penitentie ab operi
bus mortuis. et fidei ad deum. baptismatum
doctrine. impositionis quoque manu
um. ac resurrectionis mortuorum. et iudi
cii eterni. Et hoc faciemus si quidem permise
rit deus. Impossibile est enim eos qui semel
sunt illuminati. gustauerunt etiam donum
celeste. et participes facti sunt spiritus sancti.